



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

11. An passim permitti possit lectio controversiarum in vulgari idiomate.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41565**

sunt ex vanâ curiositate, sed ad instructionem.

Præterea accuratè advertenda est prohibitio Conc. Trid. ne quis verbis S. Scripturæ ad profanos sensus detorqueat. Ita prohibet severissimè sess 4, sub finem.

ARTICULUS II.

*An passim permitti possit lectio controversiarum in vulgari idiomate.*

**E** Videns est quòd talis lectio multis sit perniciosa, maximè illis qui simplicioris sunt ingenij, aut qui non satis firmi sunt in fide; Aut etiam qui feruntur periculosâ curiositate attendentes potius quid hæreticus proponat, quàm quid scriptor Catholicus resolvat aut respondeat.

Nihilominus in locis vicinioribus hæreticis & præcipuè inter ipsos hæreticos sæpè utiliter conceditur talis lectio, ut Catholici inde armentur contra venenosas versutias hæreticorum, qui passim in quibuscumque conversationibus clamorosis verbis, multa contra Catholicam fidem effutiunt; non ut inde accipiant occasionem cum ipsis disputandi de quo supra tract. 4. art. 15. Sed ut auferatur ab hæ-

K 6

reticis



reticis occasio nimis insultandi & suâ verbo-  
sitate decipiendi, dum ipsorum falsitas ab in-  
telligentibus manifestatur.

Tandem etiam videant talium controver-  
siarum scriptores præcipuè lingua vulgari, ut  
cautè hæreticorum argumenta proponant, ne  
simplices homines illorum solutiones non sa-  
tis capientes, pervertantur potius, quàm in fide  
instruantur, ac proinde omnium captui se  
conforment.



TRAC-